

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

**Sánchez, Francisco
Schoppe, Caspar
Perizonius, Jacobus
Franequera, 1687**

XIII. Viola

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

quantur, donec vindictæ sese offerat occasio. Hic potius Laur. Vallæ in Raudensem assentior. *Simultas*, inquit, est latens odium; ea simultas plerumque intelligi contenta est, cum inimicitia opere se ostendat.

[Videtur antiquitus *simultas*, significasse pactum, sive quod inter duos simul convenerisset, quasi *Simultas*: postea usurpatum, pro tacita conventionem mutui odii. Plebs quidem Romana, *simultatem* sic videtur usurpasse, velut ex Hygino apparet, Fab. 50. Cum multi Pelias filiam peterent, Pelias *simultatem* his constituit, ei se daturum filiam, qui feras bestias ad curvum junxisset. & Fab. 22. Ætæ Jasoni hanc *simultatem* constituit, si vellet pellem auratam afferre, tauros arripedes jungeret jugo.]

XIII. VIOLA.

Violam, dictam volunt quidam, quasi non violatam, vel non violandam. Ineptè fanè, * quum *violo*, verbum, à voce *viola*, ducatur: nam *violare virginem*, est deflorare, & violæ colorem inferre; ut latius in nostris Originibus ostenditur. Alii minus malè, à *vi* olendi. Sed melius à Græca *lon*, more diminutivorum: idque ex eo melius potest persuaderi, quod Æoles, unde pluri-ma Latini sibi deflexerunt, scribebant *Fion*, digamma Æolico, ut ait Terentianus. Et di-

Sanctii
liber de
Origini-
bus.

* Quum *Violo* verbum Gr.] Id vero, licet Sanctii Originibus non viderim, & proinde ejus rationes examinare non poterim, ineptum pronunciare non vereor. *Violo* & *Violentus* omnino deducuntur à *Vio*. Sic *Lux*, *Luceo*, *Luculentus*. Ceterum *Violam* quod à Græco *lon* derivat Sanctius, prorsus probò.

digamma Æolicum, verti apud Latinos in V. tritum est; ut, ois, ofis, ovis; oon, ovon, ofon, odum; oionon, Foinon, vinum; Teios, Tafos, pavo; aion, aifon, avum; oia, Foia, via; video, Foideo, video; Is, Fis, vis; & verbum vapulo, ab Apolluo, pereo, vel apoloumai, peribo; Æolicè Fapolo, inde vapulo, pereo, vel doleo. Sæpe reperias apud Comicos in imperandi futuro, vapula, & peri: & plora, & jubeo te plorare. Formiæ unde dicantur, indicat Strabo his verbis; Urbs à Lacedæmoniis condita, prius Hormiæ dictæ, dia to Evormon, id est, propter portus bonitatem, & commoditatem. Versus autem Terentiani de Digamma Æolico, hi sunt:

Nominum multa inchoata literis vocalibus
 Æolicus usus vertit, & digammon præsicit.
 Æolica Dialectos autem mista ferme est Itale.
 Hesperon quum dico Græcè, vesperum cognominat;
 Estia, sic vesta facta: vestis estibes dicitur:
 Hina, quem Græcè vocamus, vim jubet me dicere:
 Ear, est multis in usu, & magis poeticum est;
 Er, enim nativa vox est: ille ver hoc dicitur.
 Quos Homerus dixit Eneous, ille Venetos autumat:
 Et viola flos nuncupatur, quem Græci vocant Ion:
 Et Jolaos, ille, violens, crede Marco Tullio:
 Quamque Itum, dicunt Achai, hanc vitem gens Æoli.
 Plurà Sapho comprobavit, Æoles & ceteri.

Vono etiam, & womer, seu vomis, ab ἐπίω,
 vel ἐπέω, vomo, & vomica, quod semper evo-
 mat sanguinem.